

Rupertus. Rupertus ibi: Gloriam Domini habitasse super Sinai, dicit, quia expertus est magnam, & gloriosam multitudinem dulcedinis Domini, quam abscondit quidem timentibus se; sed huic ostendit non parva ex parte, ut in illa epularetur, non uno die, sed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ex tam larga, ac dilatata exundantia prudentissimè pro certo intulit à nullo alio diffundi nisi ab ipso Deo.

5. Tertio, Coena magna, utpote à Deo preparata, & non ab homine. Quod à Deo est, angustum, magnum, & amplum est: quod vero ab homine, & servo; angustum, limitatum, & perangustum. Datur Israëlitis Manna in deserto: sed cum certa mensura: Mensi sunt ad Mensuram Gomer, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus, sed singuli iuxta id, quod edere poterant congregaverunt. Dixitque Moyses ad eos, nullus relinquat ex colante: Qui non audierunt eum, sed dimiserunt, quidam ex eis usque mane, & scelerate cepit vermibus: Exod. 16. num. 17. & 18.

Exod. 16. Manna datur, sed cum stricta mensura, ut non permittatur superesse, vel minimum quid in alterum diem: At Dei filius Christus Jesus, quinque millia hominum quinque panibus ad satietatem pascit, ut multa fragmenta superent in tanta largitate, ad implendos duodecim copiosos: Joan. 6. n. 13. Uterque panis miraculosè dabatur, vide tamen, quanta differentia sit inter servum & Dominum: Panes dabantur de manibus filij Dei: Manna interventu Moysis D. Basilij Seleucus Oratione 33. de quinque panibus ait: Magna res erat tot millibus, quinque solos panes fuisse satis: tantum verò superasse reliquiarum copiam, non discipulis dumtaxat miraculi recordationem ingerebat, sed ejus, qui pararat, virtutem extrahere in lucem. De caelo Manna Israëlitis dabatur sed quia miraculi administrer servus erat, necessitati donum serviebat, quodque residuum evanescebat. Panes sic multiplicantur, ut multa copia exundet, quia per Domini manus dispensantur: sed ejus qui pararat, virtutem extrahere: Inde larga est rerum abundantia: At Manna ministri interventu dabatur; inde cum angusta, & coarctata ministri mensura: Manna Israëlitis dabatur, miraculi administrer servus erat. Vide Luc. 11. q. 1. d. 52.

Joan. 6. Dona à Deo sunt larga & ampla, à ministro autem coarctata. D. Basil. Sel.

excusant, quia nemini includitur regnum nisi ei, D. Ambros. quem sua possessio vocis excludit, Dominus autem omnes elementer invitat: sed nos aut desidia nostra, aut error averit. Divinus princeps omnibus proponit mensam, ac caelestem coenam, omnesque invitat: unusquisque tamen seipsum excusat; à caelesti regno, nullus non potest nos separare, ac remove, nisi quilibet sua voluntate, suoque ore, velit separari: Sint opera tua splendida, aperta est tibi janua caeli, à cujus introitu nulla creata vis te potest repellere. Si enim mens sit firmata in Christo, nulla creatura poterit nos ab ipso separare. Ut ait Paulus Roman. 8. n. 39.

8. Tertio, perpende Textum: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos, & misit servum suum hora cena, dicere invitatis, ut venirent. Excusant se omnes; unus ait: Villam emi, eo videre illam: Cum esset hora cenae nox erat. & nocte vadit videre eam; sicut & alius, nocte, probare juga boam. Iniquus odit lucem, & inde in tenebris ambulat, & cum cogitat se videre, tunc magis excus est, cum totus in temporalibus sit detentus. D. Gregor. homil. 36. in Evangel. ait: Quia hora cenae, nisi finis mundi; & subdit. Si ergo jam hora cenae est, cum vocatur, ratio minus nos debemus excusare à convivio Dei: quod à propinquasse jam certum est finem saeculi: Quae major miseria, quam in fine vitae inhiare hominem rebus; & ibus est spoliandus: & huic adhuc totus intentus est, ut villam emat; boves mugientes prober; & nuptiis indulgeat; & adhuc desiderio possidendi & carnis pruritu aduritur.

9. Aliter ille Sanctus Jacob jam moribundus ait ad filios suos: Congregamini, ut annuntium, quae ventura sunt vobis in novissimis diebus. Genes. 49. num. 1. D. Ambros. lib. 2. de Jacob. cap. 9. ait: Praesentibus se rebus subduce, & novissimis diebus furva miscebatu erat. Nil de terrenis, ac temporalibus cogitat, nec ea mente voluit, sed totus ad futura novissimis diebus in Christo rapitur, de iisque cogitat. Hinc ait D. Chrysostr. homil. 66. in Genes. Quia moriturus erat benedictione sua firmat pueros, maximas has facultates relinquit, & divitias, quae nunquam absumi poterant, quarens: Bonus Pater dum vivebat temporalia bona ad vitam filiis procurabat: Genes. 30. num. 30. At ubi se vidit jam ad mortem propinquum, omnes terrenas divitias ab animo abiicit, & solum filios intendit ditare divitiis, quae non finiuntur, sed in aeternum durant, & persistunt.

Quarto, D. Gregorius citatà homil. 36. expendens illa verba. Alius dixit: Uxorem duxi, & non possum venire; sic ait: Quid per uxorem, nisi voluntas carnis accipitur? ac si aperte de notet, quod ille, qui carnis voluptate allectus tenetur, inde dicat: Non possum venire, ad Christum, ac ad salutem, ac ex depravata consuetudine homo carnis irritamentis sic apprehendatur, ut ab illis promptè non valeat se expedire. Sic sepe homo ingurgitatur vitiis, ut ipsa quodammodo vertantur in ejus naturam, ut de Pharaone dicitur, ex quo celebris est illa sententia D. Augusti lib. de perfectione justitiae. Per arbitrij libertatem factum, ut esset homo cum peccato, sed jam penalis vitiis subsecuta, ex libertate fecit necessitatem: è frequenti assiduitate luxuriandi,

QUESTIO II.

Quare omnes invitati se excusant?

6. Servus à Domino missus convocat invitatos. Et coeperunt simul omnes excusare. n. 18. à tam caelesti convivio omnes se excusant, & nullus est, qui libenti animo se offerat ad veniendum. Tenebantur omnes affectu, ac desiderio temporalium; & ideo caelestia contemnebant; de quo conqueritur deus per Ose. 13. num. 6. Adimpleti sum, & saturati sum, & elevaverunt cor suum: Ad quae verba sic ait noster D. Cyrill. Alexandr. Luxus, & bonorum inexpectatorum splendor multis magnam habent vim, ut nos in oblivionem Dei adducant; & ad quidvis illegitimum, humanum animum dissolvant.

7. Secundò, D. Ambrosius hic it: Ideo igitur

luxuriandi, ex libertate fecit necessitatem: Et ideo ait: non possum venire: Sic enim obstinata concupiscentia rapit voluntatem ad libidinem proclivem, ut vix aut raro libidini dissentiat, & ad nutum ejus obsequenter compareat.

11. Ait Dominus ad Oseam. num. 1. Vade, & sume tibi uxorem fornicatorem. Quia fornicans fornicabitur terra à Domino, & ab illo; & accipit Gomer filiam Debelaim: Illa geminatio significat impensè, & continuè fornicabitur; quia ut notant Sanchez, & Cornelius, futurum junctum participio, vel Gerundio ejusdem verbi apud Hebraeos significat actus vehementiam, & magnam continuationem, & diuturnam conuetudinem; ac indeficientem libidinis vehementiam; & quid inde sequitur est: Accipit Gomer filiam Debelaim: Quorum significationem proponit Vatablus dicens: Gomer significat consumptionem, & Debelaim palatas dnas, quibus anima, & corporis voluptates intelliguntur, quae pariunt consumptionem, & interitum. Ex tam assidua & inflammata consuetudine, quia germinatur non consumptio, ac interitus omnium virtutum, omniumque facultatum, etiam totius animae & corporis: Et in femina illa Gomer tam depravata erat libido, ut ab ipsa tanquam à natura nomen acciperet.

12. De lascivientium oculis loquens D. Petrus 2. Epistol. cap. 2. num. 14. eos vocat plerumque adulteros, & incessabiles delicti: Ac si lascivus nesciat, & suo delicto cessare, aut ab illius laqueis se expedire. Vnde ait D. Thomas 1. 2. q. 75. art. 5. Luxuria est maxima adherentia, ac difficile potest homo ab ea eripi: insatiabilis est enim delictabilis appetitus: Nil vehementius, ac fortius adheret, ac imbibitur in depravata mente, ut luxuria; ita ut nunquam à suo flagrante appetitu homo quiescat, donec ab ipso demergatur in profundum Isa. 57. num. 10. Humiliata est usque ad inferos, in multitudine viae tuae laborasti, non dixisti: quiescam: Si laboravit in sua lascivia, ac luxuriante nequitia, ut non quiesceret, donec in profundam demergeretur.

D. Thomas Luxuria est maxima adherentia, ac difficile potest homo ab ea eripi: insatiabilis est enim delictabilis appetitus: Nil vehementius, ac fortius adheret, ac imbibitur in depravata mente, ut luxuria; ita ut nunquam à suo flagrante appetitu homo quiescat, donec ab ipso demergatur in profundum Isa. 57. num. 10. Humiliata est usque ad inferos, in multitudine viae tuae laborasti, non dixisti: quiescam: Si laboravit in sua lascivia, ac luxuriante nequitia, ut non quiesceret, donec in profundam demergeretur. Noster D. Cyrillus Alexand. ad dicta verba ait: Quis est apostasia à Deo, & immoventia fornicationis, & impiorum facinorum finis? Summa, inquit humilitas, & in infimum interitus barbarum devenire.

QUESTIO III.

Quare in oratione Dominica dicimus, Panem nostrum, & nullus ex his qui excusantur dicit? Villam meam, Uxorem meam, Boves meos?

13. Invitati vocatur à servo, & omnes se excusant; unus dixit: Emi villam, eo videre illam: alius, juga boam mi quinque, eo probare illa, habe me excusatum: alius dixit, Uxorem duxi non possum venire: nullus quidquam suum esse dixit, nec villam nec uxorem nec boves; & tamen nos cum jubemur à Deo petere, & dicimus: Panem nostrum quotidianum Sylvira in Evang. Tom. VI.

da nobis hodie à atth. 6. n. 1. Cur ergo quando perimus panem quem non habemus, dicimus nostrum, & villam, & juga boam, quae homo emerat non dixit sua, sicut nec alius uxorem suam dixit cum per matrimonium jam sua esset, sicut & illa per emptionem?

14. Respondeo, quod illa omnia, villa, juga boam, uxor ducta, erant temporalia bona, ac panis, quem petimus, est panis supersubstantialis, ac caelestis panis divinus Eucharisticus ut ex magna Patrum sententia suo loco dixi. Bona temporalia, sic breviter, ac momentaneè, & veluti in transitu ad nos veniunt, & citò revolant, itaut minimè possint dici à nobis haberi: solum illa durant, perseverant, ac perennant, quae divina, & spiritalia sunt, ut caelestis panis, qui semper nobiscum est, & nos in aeternum servat caelestis Papa Epistola ad popul. Constantinopolitan in tom. Concil. Ephes. sic ait. Illud nostrum est regnum, illud continuum, illud sempiternum; nostrum non est, per quod transivimus, cum contingit. Ubi apostolus summus Pontifex docet, quod illud non potest dici nostrum, quod non potest teneri, sed citò pertransiens non relinquit; illud autem nostrum solum credendum est, quod firmiter habetur, & cujus possessione deturbari nulla vi possumus.

15. Aliè, & profundè ponderandum, quod benedicens Jacob filios suos, multa fausta, ac magna eis praenuntians Aaronicum Sacerdotium & totum Leviticum ordinem silentio involvit, & de his nec unum verbum habet; sicut enim Judas, Joseph, Aser, Ben amin regali sorte respiciuntur; sic etiam Levitica tribus Pontificali dignitate, ac Sacerdotali ordine; cur ergo magnus Pater Spiritu prophético plenus tam alta, & sublimia in filio suo Levi praetermisit? Ratio desumitur ex termino ipsarum benedictionum. Ait Textus. Genes. 49. n. 28. Gen. 49. Hac locutus est eis Pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis Dabat Sanctus Senex proprias benedictiones filiis suis. In Juda, Joseph, Aser, Benjamin, & in aliis considerabat quae durant Christi magnalia; at in Levi attendebat Aaronicum sacerdotium, quod ad Christum non erat perveniendum, sed in illo finiendum ac terminandum; qui futurus erat Sacerdos secundum ordinem Melchisedech; & inde illud praetermisit, solum enim dona, & quae à Christo veniunt, ut caelestia, ac divina, ut propria & nostra habentur; at ve d quae à Christo non veniunt, ipsum respiciunt, ut temporalia, & breviter transitura, nec propria, nec nostra reputanda sunt. Rupertus ait: cur illud Rupert. Sacerdotium in suis benedictionibus pater omisit, nullamque Levitici praedixit laudem ministerij? Ad quod dicendum, quia illud Sacerdotium ad hoc fine saeculorum, non pervenit Sacerdotium quod, finiendum erat, & temporaliter tantum habebatur, inter praclarissima Jacobinae prolapie stygmata non fuit recensendum.

QUESTIO IV.

Quare Divinus Princeps mandat convocare ad hanc magnam carnem pauperes, debiles, & cecos, ac claudos?

16. CUM invitati nolissent venire, ait dominus ad servum: Exi cito in plateas, & vi-

17. Titus. Respondet Titus Bostrenf. & ait: Pharisaeorum, procerumque Judaeorum loco vocati sunt qui agri, abjectique in vicis, & plateis jacebant, hoc est, illi, qui ex Judaica multitudine habebantur inferiores: In hoc maxime respicendos, ac nitet divina potestas, quae minimos, & inferiores ad se vocat. In ultima die ad suos electos dicit: Christus: Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Matth. 25. num. 34. Videtur repugnantia; quod fratres Christi dicantur, & minimi; cum nulla major dignitas possit excogitari, quam quod homo sit supremi domini Jesu-CHRISTI, frater; non enim ait; quod fecistis uni ex meis servis amicis, discipulis; sed fratribus: Servus, & discipulus quandam minoritatem dicit; at fraternitas quandam aequalitatem importat, & qui se minimos reputant, ad tantum apicem elevantur, ut ex gratia ad fraternitatem, & quodammodo ad quandam participationem, & aequalitatem cum Christo assumantur. D. Chrysof.

18. Hoc spiritu Christi jam imbutus David ejus parens, cum in deserto invenisset quandam puerum jacentem, & per inediam, ac famem, semimortuum, ab ipsoque interrogatus quisnam esset, respondit juvenis: Puer Aegyptius ego sum, servus viri Amalecita: Dereliquit me autem Dominus meus, quia arotare cepi nudus tertius: 1. Reg. 30. n. 13. Quia ille puer erat, & ex villi conditione servus, debilitate aegrotus, ita ut non se posset movere: Quid deinde factum est. Dominus Aegyptius dereliquit eum ut despicabilem, & tanquam mortuum: At aliter David ipsam puerum, ut abjectum, & inde derelictum fovet, cibo recreat, ac alimenta praeber, eumque sibi constituit in decem hostes vincendos, ac superandos. Carthusian.

19. M. Iste Dominus vocare invitatos, & cum nolissent venire, ad servum suum ait: Exi cito in plateas, & vicis civitatis, & pauperes, ac debiles, cecos, & claudos introduce huc: Et cum adhuc superesset locus, ait ad servum suum Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: Quomodo ad caelestem mensam tanquam vi mandari compellere, ac cogere, cum illa solum meritis obtineatur; quod autem meritis ambitur, non nisi voluntarie acquiritur, ac possidetur. Primò, D. Ambrosius ad hunc locum ait: Muti ad vias, & circa sepes. quod hi scilicet, apti sunt regno caelorum, qui nullis praesentium cupiditatibus in quodam bona voluntatis tramite constituti. Quinam apti sunt ad regnum? pauperes, debiles, & caeci, qui cum se videant oppressos ipsa paupertate, caecitate, ac debilitate, in quodam bona voluntatis tramite constituti; & cum à mundo sint ejeti, ac contempti, inde toto corde ad Deum convertuntur. Valde celebris est, memorabilis historia hujus Regis qui audita prophetia fulminante sententiam contra idolorum Sacerdotes in altari, ante oculos videns horrendum spectaculum datum in prophetia, quod ad vocem prophetæ altare lapideum cecidit, & in cinerem erectum est corde ferreo, & obdurato persistit: Sic dicitur 1. Reg. 13. num. 4. & 6. Cum audisset Rex sermonem hominis Dei, quem clamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altera dicens: Apprehendite eum: & exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum. & Rex ad virum Dei; deprecare ad Dominum Deum tuum, & ora pro me. Audit Rex prophetiam, & obduratus persistit, videtque ipsum stupendo signo cadentis altaris, stabilitatum, & non movetur, percutitur in manu arida facta: Ecce jam totus in alterum mutatus, supplex Dei majestatem recognoscit, & Prophetam ad domum suam invitat, & multis honorare vult: Unde hoc? Ex propria calamitate; quem caelestia signa, ac flagella in alios inflicta non traxerunt, propria plaga in manu arida humiliavit, & qpt antea exterminium Prophetae minabatur ab ipso modo sanitatem: ac salutem sperat Optime Theodoratus quædã 42. ait: un oportet eum ad mirari miraculum, & temere eum, & quæ miser extensa

QUESTIO V.

Quare eum ad caelestem mensam nullus veniat nisi voluntarius; tamen hic Pater familias mandat compellere invitatos?

19. M. Iste Dominus vocare invitatos, & cum nolissent venire, ad servum suum ait: Exi cito in plateas, & vicis civitatis, & pauperes, ac debiles, cecos, & claudos introduce huc: Et cum adhuc superesset locus, ait ad servum suum Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: Quomodo ad caelestem mensam tanquam vi mandari compellere, ac cogere, cum illa solum meritis obtineatur; quod autem meritis ambitur, non nisi voluntarie acquiritur, ac possidetur.

20. Primò, D. Ambrosius ad hunc locum ait: Muti ad vias, & circa sepes. quod hi scilicet, apti sunt regno caelorum, qui nullis praesentium cupiditatibus in quodam bona voluntatis tramite constituti. Quinam apti sunt ad regnum? pauperes, debiles, & caeci, qui cum se videant oppressos ipsa paupertate, caecitate, ac debilitate, in quodam bona voluntatis tramite constituti; & cum à mundo sint ejeti, ac contempti, inde toto corde ad Deum convertuntur. Valde celebris est, memorabilis historia hujus Regis qui audita prophetia fulminante sententiam contra idolorum Sacerdotes in altari, ante oculos videns horrendum spectaculum datum in prophetia, quod ad vocem prophetæ altare lapideum cecidit, & in cinerem erectum est corde ferreo, & obdurato persistit: Sic dicitur 1. Reg. 13. num. 4. & 6. Cum audisset Rex sermonem hominis Dei, quem clamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altera dicens: Apprehendite eum: & exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum. & Rex ad virum Dei; deprecare ad Dominum Deum tuum, & ora pro me. Audit Rex prophetiam, & obduratus persistit, videtque ipsum stupendo signo cadentis altaris, stabilitatum, & non movetur, percutitur in manu arida facta: Ecce jam totus in alterum mutatus, supplex Dei majestatem recognoscit, & Prophetam ad domum suam invitat, & multis honorare vult: Unde hoc? Ex propria calamitate; quem caelestia signa, ac flagella in alios inflicta non traxerunt, propria plaga in manu arida humiliavit, & qpt antea exterminium Prophetae minabatur ab ipso modo sanitatem: ac salutem sperat Optime Theodoratus quædã 42. ait: un oportet eum ad mirari miraculum, & temere eum, & quæ miser extensa

21. Secundo, Compelle intrare: Ita compellendi ac cogendi sunt; ut voluntarie, ac libere veniant, invitati suavitare, ac dulcedine caelestis mentis. Sapientia adificavit sibi domum, excidit columnas septem, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & mania civitatis. Prov. 9. num. 1. & 3. Syriacus, ac Septuaginta legunt: Misit servos suos. Esto à communi sententia Patrum, quod per ancillas, id est, servos, intelliguntur Apostoli, Doctores, ac predicatores, per arcem verò, ac mania civitatis olim intelligebatur synagoga. Nunc verò Ecclesia sancta Christi unio que fidelium, sapientia proposuit mensam: sicut ergo misit servos suos; ut vocarent ad arcem, & mania civitatis: cur non mandat etiam ut ad mensam convocent? Mensa erat in qua apponebatur corpus & sanguis Christi, ejus suavitatis, ac dulcedine abundantissima ut omnes ad se alliceret, ac traheret.

22. Ubiunque fuerit corpus illius congregabuntur & aquila: Matth. 23. num. 4. num. 28. Syriac. Vatablus, Pagninus legunt: Ubi fuerit cadaver: intelligitur corpus Christi, quod sub representatione mortui est in sacramento altaris, ut exponunt D. Ambrosius, Origenes, D. Anastasius Synaita, Albertus Magnus, & alij, quos citavi tom. 4. cap. 49. quæst. 14. Sicut & per aquilas interpretantur Justis, ac probi fideles. Et cur potius aquilæ dicuntur, quam vultures corvi vel alij passeris, qui ad cadavera currunt? Aquila inter omnes fixo aspectu solem intuetur, & velocissimo motu fertur: fideles qui, altitudinem, ac suavitatem tanti sacra-

extensa manu iussu apprehendi Prophetam? sed manus mansi masculis, & nervis extensis: & id quidam, quod accidit altari, cum non obstupescerit, sed id quod manus, valde anxie. Perpende ultima verba in rem nostram: Sed id quod manus, valde anxie.

21. Secundo, Compelle intrare: Ita compellendi ac cogendi sunt; ut voluntarie, ac libere veniant, invitati suavitare, ac dulcedine caelestis mentis. Sapientia adificavit sibi domum, excidit columnas septem, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & mania civitatis. Prov. 9. num. 1. & 3. Syriacus, ac Septuaginta legunt: Misit servos suos. Esto à communi sententia Patrum, quod per ancillas, id est, servos, intelliguntur Apostoli, Doctores, ac predicatores, per arcem verò, ac mania civitatis olim intelligebatur synagoga. Nunc verò Ecclesia sancta Christi unio que fidelium, sapientia proposuit mensam: sicut ergo misit servos suos; ut vocarent ad arcem, & mania civitatis: cur non mandat etiam ut ad mensam convocent? Mensa erat in qua apponebatur corpus & sanguis Christi, ejus suavitatis, ac dulcedine abundantissima ut omnes ad se alliceret, ac traheret.

22. Ubiunque fuerit corpus illius congregabuntur & aquila: Matth. 23. num. 4. num. 28. Syriac. Vatablus, Pagninus legunt: Ubi fuerit cadaver: intelligitur corpus Christi, quod sub representatione mortui est in sacramento altaris, ut exponunt D. Ambrosius, Origenes, D. Anastasius Synaita, Albertus Magnus, & alij, quos citavi tom. 4. cap. 49. quæst. 14. Sicut & per aquilas interpretantur Justis, ac probi fideles. Et cur potius aquilæ dicuntur, quam vultures corvi vel alij passeris, qui ad cadavera currunt? Aquila inter omnes fixo aspectu solem intuetur, & velocissimo motu fertur: fideles qui, altitudinem, ac suavitatem tanti sacra-

menti contemplantur, magno fervore ad illud rapiuntur. Palatius, Fideles qui tanquam regales aquila magnitudinem tanti mysterii contemplantur, & quanto magis illud gestant, tanto magis ardentiori a fiderio flagrant. Et nota quod dicitur in Textu: Congregabuntur aquila, Et à quo erunt vocata, ut congregentur; à suavitare nempe, ac dulcedine ipsius; quia ut ait D. Paschalius hb. de corpor. & sang. Hoc caeleste convivium, sic sicut ut usui etiam esurient generet.

23. Tertiò, Carthusianus ait: Compelle intrare, id est, quasi importunis, & per comminationem damnationis aeternae instiga illos, ut convertantur. Sunt enim disponendi, ac instigandi ut velint intrare, ut effugiant damnationem aeternam; & etiam instigandi sunt, ut fugiant condemnationem involuntariae paupertatis; & fiant pauperes voluntarii pro Christo, qui omnia contemnunt, & parvipendunt: Secus pauperes involuntarii, ut hic explicat M. D. da us Celada in Susannam, §. 47. num. 3. qui à suo appetitu vexantur, à suisque sensibus torquentur, & nullum turpe malum effugiunt: Unde recte David Deum deprecabatur: De necessitatibus meis erue me: Psalm. 24. nom. 17. nam ut recte ait Hildebertus Episcopus. 20. Auribus enim frontis est egestas, nil pudet modo videri: & subdit: Egestas urget ad crimen, ut intercedat ad veniam: Ait Paulus de se scribens ad Philipp cap. 4. num. 12. Scio: & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: Et quænam hæc Philosophia; quod quis inopiam ferat, satis natura docet Velis, nolis ferenda est fames: tamen quod quis compositè cum modestia, ac patientia esuriam, & famem sublineat; Magnum Pauli elogium. D. Anselm. ibi. Quem igitur, nec in necessitate cupiditas irruat, novit, & penuriam pati.



CAPVT XV.

1. RANT autem appropinquantes ei Publicani & peccatores, ut audirent illum, 2. Et murmurabant Pharisei, & scribæ dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. 3. Et ait ad illos parabolam istam, dicens. 4. Quis ex vobis homo qui habet centum oves: & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam. 5. Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. 6. Et veniens domum convocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat. 7. Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent penitentia. 8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & querit diligenter donec inveniat? 9. & cum invenerit, convocat amicos & vicinas dicens, Congratulamini mihi, quia inveni achmam quam perdideram. 10. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore, penitentiam agente. 11. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios: 12. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit & divisi illis substantiam. 13. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. 14. Et postquam omnia consummasset

Palatius. Velocissimo Christi fideles currunt ad ejus Mensam.

D. Paschalius.

Carthusianus.

Celada.

Psalm. 24. Paupertas scelerum mater.

Hildebert.

Philipp. 4.

D. Anselm.